



E libris  
**gymnasio Mauritianio Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
**a. 1857 hereditate relictis.**

*T. o. 1027.*

535

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
DE  
**VSV**  
**LXX. INTERPRETVM**  
IN  
**N. TESTAMENTO,**  
Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN: PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE PORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, AC DUCATVS MAGDEBURGICI  
GVBERNATORE, Cerera,  
PRAESIDE  
**IO. HENRICO MICHAELIS,**  
TH. ET SS. LL. P. P. ORD.  
PATRONO SVO, PRAECEPTORE AC HOSPITE  
VENERANDO,  
Pro Priuilegiis Philosophiae & Artium MAGISTRI  
imperrandis  
placido eruditorum examini submitteret  
AVCTOR  
**GEORG. IO. HENCKE,**  
Vlza - Luneburgicus  
A. D. III. AVGUST. c<sup>h</sup> Icccix.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LIT T. CHR. HENCKELII ACADEM. TYR.

V I R O  
MAXIME REVERENDO ATQUE AMPLISSIMO,  
D O M I N O  
**HENRICO LVDOLPHO**

*Genthem/*

PRAEPOSITO ET PASTORI PRIMARIO VLZENSI,  
VT ET VICINARVM ECCLESiarVM SVPERINTEN-  
DENTI GRAVISSIMO.

N E C N O N  
V I R I S

PRAE-NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS ET CONSULTISSIMIS,  
D O M I N O

**ERNESTO FRIDERICO** von *Horn/*  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRVN-  
SVICENSIS REI THESAVRARIAE CONSILIARIO,  
ET VLZENSIS CIVITATIS CONSULI  
SPECTATISSIMO.


D O M I N O  
**CHRISTOPHORO Bertram/**  
EIVSDEM PATRIAEC CIVITATIS CONSULI  
MERITISSIMO.

DOMINIS SVIS, AC PATRONIS AETATEM  
COLENDIS

HANC DISSERTATIONEM PHILOGICAM  
in grati animi ac obsequii  
tesseram

D. D. D.

A V T O R.



### DISSERTATIONIS CONSPPECTVS.

LXX. Interpretum auctoritas §. I. Historia §. II-V. Vsum praefant  
in allegationibus N. T. a fonce Hebraeo discrepantibus §. VI. non sine ratione  
a θεοπνεύστοις Scriptoribus N. T. adhibitis §. VII. Deinde usus ostenditur in  
parallelismis §. VIII. in enucleandis vocum ac phrasium N. T. emphasisbus  
§. IX. in typis & antitypis clariss perspiciendis §. X. in peculiaribus N.T.  
loquendi formulis §. XI. Accedit usus in dubiis rarioribusque vocibus re-  
cens intelligendis §. XII. Sequitur Epilogus §. XIII.

#### I.



XX. Interpretum versionem maxima  
olim polluisse auctoritate, luculenter historia  
nos edocet. Judæi, testibus *Aristea* ac *Iosepho*, hanc versionem ita adprobauerunt, ut o-  
mnia non tantum non mutata voluerint, sed  
dira quoque imprecati sint illi, qui immutatu-  
rus eam esset, vel addendo, vel transferendo, vel auferendo;  
quamuis postea, cum premi se auctoritate huius versionis a  
Christianis animaduerterent, illam reiicere haud dubitarint.  
Quin tanto in pretio hæc ipsa versio illis fuit, vt, Hebraicæ  
linguæ rudes atque insciæ, in Synagogis eandem usurparint.  
Christiani vero, in primis Græci, illam adeo venerati sunt, vt  
haud exiguis ipsorum numerus eidem adscriperit infallibili-  
tatem. Quam Patrum sententiam, licet minime nostram facia-  
mus, non aliam ac humanam huic versioni auctoritatem tri-  
buentes, maximi tamen faciendam esse, iure arbitramur. Est  
namque omnium, quas habemus, antiquissima; nec sine spe-  
ciali Dei prouidentia elaboratam statuimus cum Eusebio Præ-  
par. Euang. libr. VIII. c. i. & Chrysostomo, qui ostium ad Chri-

A 2

stunc

*ftum eam gentibus extitisse* scribit apud Waltonum ad Bibl. Polygl. Proleg. IX. §. I. Accedit, quod Patres illa in citandis V. Testamenti dictis frequentissime vñ sint, quos ideo multis in locis non satis recte perceperis, nisi r̄m LXX. consulueris versionem. At quid humanis testimonii opus est, quum testimonium diuinum, atque omni exceptione maius, habeamus? quod vnicum auctoritatem huius versionis nobis commendat satis. Eam quippe ita dignatus est Spiritus S. vt Ammanuenses suos in libris N. T. conscribendis diligentissime illum sequi voluerit. Atque haec in primis ratio multos movit, vt ad legendos LXX. Interpretates iuuentutem frequenter excitauerint, fuerintque sedulo adhortati. Eo etiam tendit haec nostra dissertatio, quæ vsum LXX. Interpretum in N. T. specimine quodam ob oculos ponet. Quod, vt feliciter fiat, diuinam gratiam ante omnia exoptamus.

II. Ante vero quam de vñ LXX. viralis versionis in N. T. agamus, ex veteribus historiam eius, sed breuiter tantum, attinemus. PTOLOMÆVS PHILADELPHVS Rex Ægypti, literaturæ studiosissimus, bibliothecam Alexandriæ, ab antecessore iam conditam, suo sumtu & studio maximopere augeri procura bat. Hic, quum de Sacris Iudæorum libris audiret, ad Pontificem Iudæorum Eleazarum scribebat, vt peritos & selectos quosdam mitteret, qui Scripturam S. ex Hebræa in Græcam lingua traducerent. Pontifex, desiderio Regis obsequens, ad hoc opus consummandum de populo suo quosdam delegabat; quot vero? non omnium vna est sententia. Nam si auctoritas Aristeæ, quem fecutus est Iosephus, aliquid ponderis habet, \* Seniores fuerunt LXXII. nempe VI. ex qualibet tribu; ac totidem Regem petiisse a Pontifice, iidem auctores perhibent. Alter vero Iosephus Gorionides Ebræus Eleazarum quendam cum LXX. viris mislum esse scribit libr. III. c. II. p. 173. seq. edit.

\* Auctoritas Aristeæ a nonnullis in dubium vocatur, ipsiusque historia de LXX. Interpretibus pro supposititia atque spuria haberur. Vid. Humfredi Hody & Antonij van Dale Dissert. super Aristeæ de LXX. Interpret. &c. Sunt tamen Viri non minus eruditæ, qui oppositam partem tueruntur. Vid prolegomena LXX. Interpr. Lips. edit. vt alias hic taceamus.

edit. Goth. At Talmudici in Masscheth *Sopherim* c. i. quinq;  
 tantum Seniores fuisse adserunt, qui hanc versionem adorna-  
 verint. Narrant tamen statim ibidem, & in codice *Megillah*  
 fol. 9. a. aliam historiam de Ptolomæo, quod is LXXII. Se-  
 niiores Iudeorum conuocauerit, eosque singulos seorsim con-  
 clusos, iusserit Legem describere. Id quod illi per diuinam  
 inspirationem ita præstiterint, ut non tantum in ipsis verbis  
 Legis, sed etiam in XIII. locis mutatis omnes conspirauerint.  
 Itaque ex illis veterum testimonii & horum dissensu vix cer-  
 ti quid de numero Interpretum statuere licet. Vulgo quidem  
 dicitur *Versio LXX. Interpretum*; sed non tam rei veritas  
 in causa est, quam ipsa, qua per tot sœcula inualuit, consuetu-  
 do. Quumque adeo numerus Interpretum incertus sit, opinio  
 de 70. cellulis, in quibus Scripturam in Græcam linguam tran-  
 stulisse a multis crediti fuerunt, vel hoc ipso refutatur. Neque  
*Ariæas & Iosephus* earum faciunt mentionem, sed tantum E-  
 braeus ille *Gorionides* de LXX. *Interpretibus* resert, quod de  
 LXXII. *Scribis* narrant Talmudici, eamque traditionem s. fa-  
 bulam Iudeorum nonnulli Patrum, creduli nimis, improuide-  
 secuti sunt, vt dudum aperte questus est *Hieronymus* aduer-  
 sus *Ruffinum* libr. II. p. m. 227. Num vero solus Pentateuchus,  
 an Propheticci quoque libri & Hagiographi, tunc translati fue-  
 rint? quæstio grauioris est momenti. Prius *Iosephus* adfir-  
 mat, cumque ipso Iudeorum aliorumque plurimi, posterius  
*Gorionides* aliique. Illorum opinioni patrocinari videtur sti-  
 li in Pentatecho ab reliquis libris discrepatia, quodque *Iose-  
 phus & Ariæas* Legis tantum mentionem faciant. Horum  
 tamen sententia maiori videtur niti probabilitate. P T O L O-  
 M A E V M enim, qui omnia antiquitatis monumenta comparan-  
 di summo studio tenebatur, ceteras populi Iudaici historias &  
 oracula prophætica neglecturum, totque muneribus Iudeos  
 sollicitaturum, ac sumtus pene incredibilis erogaturum fuisse,  
 vt solam Iudeorum Legem nanciseretur, creditu est difficile.  
 Atque quum probabile haud sit, omnes simul in una sectione  
 & libro vertendo laborasse, sed diuisisse potius inter se opus,  
 fortassis inde enata fuit stili diuersitas. Neque adeo huic sen-

tentiae Aristae & Iosephi testimonium obstat videtur: siquidem Iudeis non inusitatum est, totam scripturam nomine תורת Legis appellare. Vt cunque vero se res illa habet, hoc tamen ex Siracidis prologo certum est, omnes V. T. libros in Greacam traductos linguam ante iam natum Christum fuisse. Exstitisse a ante tempora PHILADELPHI iam aliam versionem Graecam, merito dubitatur. Testimonium enim Arisobuli apud Eusebium de Prepar. Euang. lib. XIII. c. 12, quod citari solet, non de Bibliorum conuersione, sed de historia rerum Iudaicarum, quae a Græcis notata fuerant, agere, demonstrarunt alii. Vid Huetius Demonstr. Euang. prop. IV. p. 279. seq. De hisce autem omnibus, qui plura desiderat, aedat ipsum Aristeam, Iosephum A. I. libr. XII. c. II. Hottingerum thes. philol. libr. I. c. III. Walton. Bibl. polygl. proleg. IX. Cellar. dissert. de LXX. Interpret. aliquosque.

III. Dum vero historiam versionis τῶν LXX. breuiter recensemus, ne cum hac ceteræ versiones Graecæ, nimirum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & trium Anonymorum, quæ vocantur Quinta, Sexta, & Septima, confundantur, non possumus non facere etiam illarum breuissime mentionem. Aquila enim Ponticus, primum e pagano Christianus, deinde Apostata Iudeus factus, nouam Scripturæ versionem, circa annum Christi 128. vel 129. edidit, & quidem, ut putant, ex odio Christianismi & in opprobrium LXX. viralis versionis. vid. Epiphanius de Pond. & mens. &c. Suam autem versionem iterata editione perpoluit, quæ (vt Hieronymus in Comment. ad Ezech. c. III. p. m. 469. refert) ab Hebreis dicta est ναρ' ἀγι- βειαν. In illa autem versione sua struenda ita morosus fuit auctor, ut vocibus ipsis atque litteris alligari se pateretur, ipsas etiam etymologias vocum exprimere conatus. vid. epistola Hieronymi ad Pamachium T. II. p. m. 376. Post illum quoque Symmachus, (cuius versio in Hexaplis Origenis secundum locum obtinuit) natione Samaritanus, primum ad Iudeos deficiens, & postea Ebionitarum sectam secutus, translationem suam sub medium II. vel potius sub initium sec. III. confecit,

non

(7)

non ut Aquilas verbum de verbo, sed sensum de sensu exprimens. *Theodotion* vero primum Christianus, post apostata Iudeus, Scripturam anno Domini 184. etiam in Græcam linguam transtulit: in quo labore se ita gessisse dicitur, vt, sicut *Aquila* verbum verbo, *Symmachus* sensum sensu expressit, ita ipse commixtum ex utroque genus & medie temperatum dederit: quumque familiariter prius versione τῶν LXX. fuisse usus, complura illius retinuerit, & in plerisque optime concordauerit. Vid. *Hieron.* Præf. in Iobum T. III. p. m. 24. & Comment. in Ecclef. c. 2. T. VII. p. m. 42. Excepto Daniele, quem ex illius versione legimus, nihil de ea integrum supereft. Præter illas autem adhuc duæ, altera in dolio prope Hierichuntem A. D. 219. altera ad Actium promontorium prope Nicopolin in turri A. D. 230. repertæ sunt, quarum autores ignorantur. *Quinta* & *Sexta* illæ vocantur, quod in Hexaplis *Origenis* columnas duas ultimas occuparunt. *Septima* folius tantum fuit Psalterii. De quibus tamen omnibus hodie nihil nisi fragmenta supersunt. vid. Prolegomena ad edit. Lips. p. 30. 32.

IV. Ceterum, quum his præmissis, nunc ipse usus versionis LXX. Interpretum in N. T. spectandus venit, statim forte cogitauerit quispiam, illum quidem concedendum de veteri, ab Interpretibus ipsis tunc confecta; negandum contra de illa, quæ nunc nostris oculis sistit, & aliena videtur. Igitur hæc, quæ ventilari solet, quæſtio, paucis etiam attingenda erit. Quæritur enim, eademne sit; quæ hodie extat versio, an plane diuersa? deinde, si eadem, integrane sit, an vero corrupta? Ad prius quod attinet, negant quidem nonnulli, LXX. Interpretum versionem hodie supereft; quorum tamen sententia merito reputant alii, contrarium non sine fundamento adſtruentes. Euincere enim hoc inter alia possunt citationes scriptorum N. T. θεο-  
πατρικών ipsorumque Iudeorum ac Patrum, quæ hodieque versioni Græcae secundum verba conueniunt. Neque etiam legimus, post tempora illa aliam vñquam ab Ecclesia substitutam fuisse versionem; sed sicut primi Christiani a Iudeis eam summa

ma cum veneratione acceperunt, ita ad nostra vsque tempora etiam reseruata fuit. Quumque Syri Syrum, Romani Romanum codicem seruauerint, quidni & Greci suum?

V. Interim quod versio τῶν LXX. multis in locis minime accurata, vel etiam variata, immutata atque depravata sit, id quidem negari haud potest. Inter MSS. Lightfooti in Vita ipsius recensetur quoddam, cui titulus: σφάλματα τῶν LXX, quae ad sequentia præcipue capita referuntur: Inaniter addita. Periculose decurtata. Sensum clarum obfuscantia. Vitiantia pulcrum. Reddita in sensum alienum. Traditiones Iudaicas redolentia. Hebraicaretenta. Reddita profama gentis. Profama textus. Paraphrasēs. Propria nomina facta adpellatiua. Numeri male calculati. Locorum nomina recentiora. Vocales male lectae. Litterae male coniuncti &c. Enimuero omnes isti errores, qui hodie multiplices in hac versione deprehenduntur, & interdum absurdī satis sunt, s̄epe non tam interpretibus ipsis adscribendi, quam temerariæ potius imperitorum hominum audaciæ, librariorumque culpæ atque inertiarum tribuendi sunt. Quo modo tamen non inficiamur, ipsos etiam Interpretēs subinde perperam conuertisse, nec parum interdum a textu Hebræo discrepasse. Quod si quærēs, vnde istæ disceptantia? variae dari possunt rationes. Estque hæc non nullorum singularis opinio, interpretēs illos vel ex codice Samaritano, vel ex Chaldaica quadam paraphrasi Scripturam transstulisse: quæ ramen adsertio firmis rationibus plane destituitur. Aliis igitur adfirmare placet, LXX. in conuertendo Scripturam vsos fuisse codice vel non punctato, vel minus correcto & emendato, vnde tam ratione consonarum, quam vocarium, error facile committi potuerit. E. g. Gen. III, 17. pro עברוּ propter te, LXX. habent: ἐν τοῖς ἔγγοις σχ., quasi pro legerint γ. Sic Zach. IX, 9. עני pauper, LXX περιέ, permuntando, ut nonnulli existimant, γ in γ; quod tamen ex vocum & significationis cognatione conciliari poterit. Ita sane Iudei censuerunt, Rashi, Kimchi, Aben Melech &c. & Iona-than

than id ipsum etiam per ענוֹת h.e. *mitis & mansuetus* reddidit. Porro הַעֲלָה *plaustri* Es. V, 18, LXX. redd. δαμάλεως, quasi הַעֲלָה legiscent. Sic pro לְעֵד in perpetuum Mich. VII, 18. LXX. habent: εἰς μαρτύριον, quasi esset רְעֵד. Ita locum Gen. IV, 7. studiose fortassis aliter legerunt, quam ipsa verba Hebraea requirunt. In talibus enim locis, quæ præfertim nonnihil difficultatis habent, relictis punctis authenticis, aut mutatis etiam ex parte vocibus, alios sensus venari, qui ad rem non prorsus inidonei sint, in *Medraschim* Iudeorum & iucundum & gloriosum habetur, ut notum est. Verba LXX. Interpretum l.c. hæc sunt: εἰ τὸν ὄφθαλμον προσπένευης, ὄφθαλμος μὴ διέληγε, ἥμαχες; ἡσίχαστον, quasi pro voce לְפָתָח ad ostium legerint לְפָתָח? ad diuidendum, vel לְפָתָת, pro חַטָּאת peccatum, חַטָּאת peccasti, & pro רְבִין in imperatio רְבִין cuba, seu quiesce. Atque huius generis πα-

ροζάματα seu variationes in illis sane non pauca sunt. Namque hoc etiam variarum inter vtrumque codicem discrepantiarum causam deditur, quod LXX. non raro, sensu litterali relicto, eum secuti fuerint, qui tum inter Iudeos receptus erat. Ita etiam *Lightfootus Chorogr.* præmiss. Marc. c. 6. §. 3. caussam reddens, quare Græci Interpretes terram, quæ Hebraice dicitur כְּבוֹד i. Reg. IX, 11. 12. 13. verterint ὅρον, Soliti sunt, inquit, *Interpretes Græci nomina locorum reddere non raro non eo nomine, quo vocantur in textu Hebreo, sed quo nuncupabantur temporibus posterioribus sub templo secundo, quod & a Chaldeis Targumis est factum non raro.* - Quod facere soliti sunt illi alias, factum & hic arbitramur; eosque reiectione pristine nomine, quo vocabatur regio ista Galilæa seculis vetustioribus, nempe CHABVL, nomen & titulum, quo vulgo audit, ei inadidisse ὅρον. Accedit, quod Græci Interpretes sepe non tam verba attendant singula, quam ipsum sensum, & paraphrastas agant. E.g. quando addunt B Gen.

Gen. IV, 8. Διέλθω μεν εἰς πεδίον. Sic quando explicant vocem Gen. XIX, 37. ἐν τῷ πατρῷ μοι, & v. 38. vocem עמוֹן: בְּעֵזֶב μοι. Atque hoc in locis difficilioribus non parum sepe iuuat lectorem. Ita difficilis alias locus est, & cum Chronologia primo intuitu minus conueniens, quando Ex. XII, 40. Israelitæ in Aegypto habitasse dicuntur 430. annos Hanc itaque difficultatem ut tollerent ὁ LXX. explicationis causa addunt: καὶ ἐν γῆς χαβαᾶ, pro quo in codice Megillah f. 9. b. בְּמִצְרַיִם וּבְשָׂאָר אֶרְצָה LXII, illi Seniores scriptisse dicuntur. Textus etiam Hebreo Samar. cum Versione Sam. itidem habet: בְּאָרֶץ כְּנָעַן וּבְאָרֶץ מִצְרַיִם ita enim numerus exsurgit. Quod autem in Fonte tantum Aegyptiacæ mansionis mentio fiat, a qua tota mansio denominatur, idcirco factum, vt putat Fagius in Comm. ad l.c. quod ea reliquis diuturnior & posterior fuit. Denique non negamus variarum discrepantiarum causam hanc quoque esse, quod Interpretes Græci lingua Sanctæ post Babyloniam captiuitatem haud ita gnari, & nonnunquam ut homines oculis suis ad textum non latè attenti fuerint: vnde non in vocibus tantum difficilioribus, sed interdum quoque facilioribus hallucinari fuere. Que omnia, vt humanam originem & imperfectionem manifesto produnt, ita etiam nequaquam in diuinæ veritatis præjudicium adhiberi debent: adeoque versiones quæcunque, etiam hæc antiquissima, ipsis Fontibus Hebreis minime æquiparandæ aut præferendæ sunt. Ipsos tamen Interpretes consulto & destinata opera loca quædam falsasse, multaque Prophetarum testimonia de Trinitate ac Christo prætermissee, aut aliter suisse interpretatos; hanc quidem ob causam, ne fidei sue Sacraenta Ethnicis perspicue proderent, nec Sanctum canibus & margaritas porcis darent &c. quæ veterum ac recentiorum nonnullorum est sententia, id quidem non audiens adfirmare. Vid. Hieronym. in pref. ad Esaiam Tom. III. p. m. 26. Lightfoot. Hor. Hebr. ac Talm. ad Luc. III. 36. & Append. p. 286. Hæc enim neque cum scopo PTOLOMAEI, neque cum intentione DEI, neque cum fine omnium interpreta-

tationum consistere posse, rectius censet Hottingerus thes.  
Phil. libr. I. c. III. Sect. III. p. 329. Conf. etiam August., de C. D.  
libr. XVIII. c. 42. 44. Dantur sane loca, quæ de Christo a-  
gunt, non pauca, vbi versio Græca textum Hebræum exacte  
exprimit. Talmudici quidem, vt supra §. II. iam diximus,  
XIII. loca recensere solent, quæ LXXII. Seniores de industria  
aliter vel scripserint, vel conuerterint, ne Ptolomæi animum  
offenderent, vel occasionem scandalii, aut prauæ cogitationis a-  
liqua in Lege sinistre intelligendi darent: V. c. quum dicunt,  
illos verba Gen. I, 1. sic scripsisse: אלהים ברא בראשׂוּת  
aut vt alii volunt, eos transtulisse: ὁ Θεὸς ἐποίησεν εἰν αὐχῇ, ne  
quis existimaret, Breschith esse nomen Dei, & sic duos deos,  
quorum alter alterum creasset, introducere viderentur. Sic  
ibid. v. 26. *Faciam horinæm*, non, *Faciamus*, eandem ob caus-  
sam. Similiter Leuit. XI, 6. pro *lepore*, posuisse il-  
los dicunt את צוֹרָה הַרְגִּילָת h. e. *curtum*, vel vt nonnulli  
ex LXX. Interpr. v. 5. coll. Deut. XIV, 7. coniiciunt, δασυ-  
πόδα, seu *hirsutum pedibus*, quia Ptolomæi vxor adpellata fue-  
rit λαγὼς, ne viderentur ipsam irriguisse, quum eius nomen in-  
ter animalia immunda ponerent, nam λαγὼς, vel λαγωὼς *le-  
porem* significat. Enimuero hanc Rabbinorum obseruationem  
alii inter fabulas Iudaicas numerant: acpleraque illa loca, quæ  
præter modo allegata Gen. I, 26. Lev. XI, 6. Deut. XIV, 7. Ex XII,  
40. sequentia sunt: Gen. II, 2. c. V, 2. c. XI, 7. c. XVIII, 12.  
c. XLIX, 6. Ex. IV, 20. c. XXIV, 5. ii. Num. XVI, 15. Deut. IV,  
19. c. XVII, 3. in Versione LXX. Interpr. cum Textu Hebræo  
conueniunt, eiusque vel verbæ vel sensum referunt. Igitur, his  
omnibus non obstantibus insignis manet usus τῶν LXX. præ-  
cipue in N. T. vt nunc videbimus.

VI. *Primus* igitur *vñs*, quem LXX. viralis versio præ-  
stat, consistit in allegationibus dictorum *V.* in *N. T.* Viri nam-  
que Θεόπνευστοι in citandis *V. T.* dictis hac versione vñs sunt  
non tantum, quando κατὰ πόδα sequitur Textum Hebræum,  
e. g. Matth. IV, 4. coll. LXX. Deut. VIII, 3. Matth. XXI, 42.  
coll. Ps. CXIIX, 22. Matth. XXII, 44. coll. Ps. CX, 1. &c. sed

tum quoque, quando a fonte Hebreo discrepat. Vnde usus  
hic est, ut allegata in N. T. ex hac versione rectius intelligan-  
tur, ceu ex sequentibus adparebit. V. c. (a) vocula μέ-  
νος, a LXX. Deut. VI, 13. quoad sensum inserta, ab Euangelista  
Matthæo c. IV, 10. retinetur. Sensum enim in Hebreo fonte  
non alium esse, liquidissime ostendunt sequentia. Dum hæc  
Vener. D. Maius Harm. Euang. p. 223. considerat, quid n̄, in-  
quit, Lutherò licuerit Rom. III, 28. addere hanc vocem Allein?   
quamquam is primus non fuerit, sed iam ante ipsum factæ  
versiones eam præferant. Sic Syr. & Arabs Erpenii Rom. IV, 5.  
qui tantummodo credit &c. (b) עני humiliis, pauper  
Zach. IX, 9. LXX. πεντη. Matthæus hoc vaticinium c. XXI,  
§. allegans Græcos Interpretes sequitur. Sunt enim hæc vo-  
ces, vt iam supra §. V. diximus, affines, tum origine, tum si-  
gnificatione: pauperes quippe fere sunt mansueti, vt Kimchi  
loquitur in Comment. ad Psalm. IX, 19. Vtrumque de Chri-  
sto verissime prædicatur, qui Rex quidem erat, sed non talis,  
quales Reges mundi, magnifici, superbi; sed & statu & animo  
humilis, conf. Matth. XI, 29. (c) לבר עוני ad an-  
nunciandum mansuetis Es. LXI, 1. LXX. ἐναγγελίᾳ εὐθυ-  
χοῖς. Ita Luc. IV, 18. Ex agnitione enim humilitatis in pec-  
catis, & paupertatis in spiritualibus, vera oritur mansuetudo.  
Ibid. וְקַרְבָּן אֲסֹרֶת לְאַסּוֹרֶת i.e. secundum versionem non-  
nullorum: & vindis apertioñem ergastuli seu vinculorum.  
LXX. τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Hos iterum secutus est Lucas I.  
c. nec contra sensum. Nam קַרְבָּן nonnullis, ceu vnica  
vox, denotat omnimodam aperiionem, & carceris, & conse-  
quenter etiam oculorum. Et Grotius, Mibi videntur, inquit,  
LXX. Hebreæ satis considerate interpretari. מִפְּנָס, si quis  
expendere velit loca, in quibus ea vox adparet, non significat  
quamvis aperturam, ut קַרְבָּן, sed eam duntaxat, que ad ocy-  
los pertinet, nisi quod & ad aures transfertur, quomodo &  
מִפְּנָס oris est proprium. Iam vero quod sequitur וְקַרְבָּן  
esse carcerem, vt multi volunt, nullo testimonio probatur. Qua-  
ne

re non video, cur improbemus, quod doctissimi Hebræorum sentiunt, unam esse vocem ΤΟΡΧΩΨ, sed in qua littere & de-  
parte posteriorēς αὐξητικῶς repetantur. Optime ergo viden-  
tur sentire, qui hoc Prophete loco ΠΚΗΧΚΩΨ referunt ad ple-  
nissimam libertatem oculos huc atque illuc, qua libet, circum-  
serendi. Interpretes a. LXX, ut continuarent tralationem,  
quod præcedit ΙΟΣΩΡΙΨ, vertunt τυΦλοὶ, nimisrum quia ΤΟΡΧΩΨ  
ad ΟCVLOS pertinet, ad CARCEREM non pertinet. Atque  
idem, plerumque de cæcis dicitur, ut Pl. CXLVI, 8. Et. XLII,  
7. At Hebrei amant & propria figuratis, & alias figuræ a-  
liis connectere. Cæci autem dici solent, qui in tenebris vi-  
vunt, quod præcipue conuenit his, quos carcer claudit - Itaque  
apud eundem Esaïam c. XLIX, 9. eodem significatu ponuntur  
οἱ ἐσθμοῖς, καὶ οἱ ἐν σκότῳ, & c. XLII, 7. οἱ τυΦλοὶ, καὶ οἱ δεδεμέ-  
νοι. Captivi igitur ΣΑΕCI, ut Latinis ΣΑΕCI ΟCVLIS CA-  
PTI. (d) Gen. XLVI, 27. dicuntur iuxta fontem He-  
breum 70. animæ in Aegyptum descendisse; LXX, vero 75.  
quos Stephanus Act. VII, 14. sequitur. Vtrumque enim ve-  
rum est, at diuersa numerandi ratione. LXX. Interpretes e-  
nim uxores connumerant, quæ v. 26. excluduntur. (e)

**Μῆτρας οὐδὲν μητρὸς** Ex angustia, & iudicio sublatuſ est. Et.  
LIII, 8. LXX. ἐν τῇ ταπεινώσῃ ἡ μέτρα ἀντὶ ἡγεθη, in humili-  
tate iudicium eius sublatum est, quæ lechio in N. T. Act.  
VIII, 33. acceptatur. Secundum verba Hebræa sensus est,  
Christum ex illa angustia passionum, & iudicio, quod nostri  
cauſa in ſe fuſcepit, vinculis mortis ruptis, ereptum effe; fe-  
cundum vero LXX. ipsum per exinanitionem & infimam ſui  
humiliationem Patri ſuo ſatisfecit, atque ſic genere huma-  
no redempto exaltatum; coll. Phil. II, 6. seqq. Hebr. V, 7. Et.  
LIII, 10. Luc. XXIV, 26. Quoad verba igitur quantumuis di-  
ſcrepanzia ſit, optimè tamen quoad ſenſum vterque codex in-  
ter ſe concordat. (f) **Ψωζὴν οὐλὴν** Qui credit, non fe-  
ſtinabit. Eſa. XXVII, 1, 16. LXX. non pudeſſet; vel ſigni-  
ficationem verbi Arabicam, vel etiam ſenſum magis reſpicien-  
tes, quam verba. Qui enim vere credit, illud reperit, quod

reperturum se sperabat, atque hinc non pudefiet, nec pudefactus festinare & se e conspectu proripere opus habebit. Confusionis namque effectus & consequens est festinatio & fuga. Idcirco Petrus i. ep. II, 6, verba Græcæ versionis allegauit.

(g) **אָנוֹת כְּרוֹתִי** Aures parasti, vel ut plerique volunt, perfodisti mibi Pl. XL, 7. quod hac phrasí mos iste antiquus respiciatur, quo serui ad finem usque vitæ suæ suis se heris mancipabant, Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. LXX. σῶμα κατηγρίσεις, corpus mihi adaptasti, & sic Hebr. X, 5. Eius versionis variae sunt sententiæ eruditorum. Nonnulli aures in Hebræo textu synecdochice ponit volunt pro toto corpore. Cameron vero ad Hebr. X, 5. Interpretes verba Hebraica prudentissime ita conuertisse censem, quia seruorum non aures perforare, sed corpora nota quadam insignire, Græcis mos fuit. Ast Grotius, sic mutavit, inquit, hic scriptor, ut sensum mysticum magis exprimeret. Non enim in Christo auricula possit, sed corpus totum cruci aptatum est in obedientia testimonium. Et auricula illa in lege pars erat, simulque signum totius corporis, quod hero addicebatur.

VII. Quod autem Spiritus S. in N. T. Græcam versionem saepe imitatus etiam est in iis locis, ubi illa discrepat a fonte Hebræo, id ex divina sapientia, & per συναταξασι factum est, cum discessionem a recepta inter gentes & Hellenistas editione non sine offendiculo futuram animaduertit, vid. Hotting. Thes. Philol. libr. I, c. III. Sect. III. quæst. XI. p. 330. Atque cum N. T. Græce scribendum tractandum que maxime a gentilibus esset, iudice Lightfooto, etiam congruentissimum, immo maxime necessarium fuit, sequi Græcos codices; quibus solis vti potuerunt gentiles, vt, historias vel allegationes, ex V. T. adductas, examinantes, consonas iis illas reperirent, & non contrariantessent. Quin & Iudæi ipsi omnia iniuiolata & haud mutata conseruari voluerunt. Vid. Hor. Hebr. & Talmud. ad Luc. III, 36. p. 755. seq. Accedit denique, quod ipsi quoque Apostoli & viri Apostolici in citandis V. T. dictis non semper verba attenderint, sed nonnunquam sensum.

IX.

IIX. Interdum Sancti Dei Viri, certum quendam V. T.  
 locum indigitantes, voces ac phrases, emphaticas in primis, ex  
 Graeca LXX. versione hauserunt; vbi vsus, quem lectio τῶν  
 LXX. præstat, hic est, ut parallelismum eo citius rectiusq; inve-  
 stigare liceat. V. c. (a) Hebr. XI, 5. μετέθηκεν ex LXX. versione  
 Gen. V, 24. vbi Hebreum ἔκτιστος optime illi hoc verbo expli-  
 cant, significantes, Henochum e terra & consortio hominum  
 in cælum sublatum; vel arboris instar fructiferæ ex hujus mundi  
 deserto in cælestem paradisum transplantatum vel transplantatum  
 fuisse. (b) Seruator Noster Judeis, de Patre Abrahamo semper  
 gloriantibus, obiiciens Matth. XXIII, 23, quod inter alia τὴν κρίσιν  
 omittant, ad opera Abrahami tacite eos remittit, ceu clarius pa-  
 tet, coll. LXX. Gen. xix, 19. (c) Similiter vocabulo στρωμέτρου  
 Luc. XII, 42. Seruator oculum suum intendit ad historiam Iose-  
 phi, coll. LXX. Gen. XLVII, 12. Sicut enim prudens Oecono-  
 mus, qualis Iosephus erat, familie omni tempore prospicit, iudi-  
 cium in cibis dandis adhibet, ut vnicuique suum porrigit de-  
 mensum conueniens, aliud adultioribus, aliud Dominis, aliud  
 seruis; sic Oeconomum mysteriorum Dei (1. Cor. IV, 1.) decet  
 prudenter dispensare mysteria, pro rei, loci & auditorum con-  
 ditione ac natura, siue ut Paulus exprimit 2. Tim. II, 15. οὐδοτο-  
 μῶν, recte scire verbū. Confer etiam cognatum στροδοσταυ  
 Gen. XLII, 19, 33. Neh. IX, 15. (d) Verbum ἀπάλτη Luc. VI, 30.  
 lectorem ablegit ad Deut. XV, 2. quæ collatio verum verborum  
 sensum exhibet. Scilicet mens Seruatoris hæc est, ut ne rigide-  
 ius aduersus alterum usurpetur, per vim debitum extorqueat,  
 multo minus cum usura exigatur. (e) Voces ὁδῶν θαύματος  
 Act. II, 24. respiciunt LXX. Ps. XIII, 5. In Hebreo textu:  
 מות חכלי vincula mortis. Vox vero חכלי & funem, vt u. Sam.  
 XVII, 13. Ps. CXL, 6. & dolorem, vt Es. LXVI, 7. significat. Est  
 enim dolor veluti constrictio, aut funis, quo quis constringitur,  
 vt scribit Coceius in Lex fol. 21. Sunt autem חכלי & ὁδῶν  
 dolores gravissimi, quales parturientium. vid. Es. XII, 1, 8. Hos.  
 XIII, 13. &c. Hæc igitur vincula & dolores mortis, quæ Christus  
 diuina gratia pro nobis subiit & sustinuit Heb. II, 9. Deus Pater,

illum resuscitans, ita *dissoluit* Ioh. II, 19. & Ioh. III, 3. & ab  
 iis Filium suum ita *liberauit* Luc. Xlll, 16. vt nunquam iis iterum  
 obnoxius fieri possit Rom. VI, 9. Es Llll, 10. (f) Verba ποιμανά  
 ἀντες Apoc. II, 27. ad Ps. II, 9. & ibidem ad Lxx. Interpretes du-  
 cunt lectorum. Nam Verbum Λόγος τοῦ οὐρανοῦ confringes eos (qui sc.  
 ex gentibus se tibi opponent ac rebellabunt) illi vertunt: ποιμα-  
 νᾶς ἀντες, *pascere* f. *reges* eos, quasi legissent Λύτρα. Neque ta-  
 men hoc contra sensum; nam ποιμανάς *pascere* etiam de Regi-  
 bus usurpatur, qui idcirco *pastores* *populorum* adpellantur. Et  
 licet hoc verbum plerumque de miti praefectura adhibeatur, ta-  
 men sensu etiam duriori legimus Mich. V, 5. *Et pascunt terram*  
*Assur gladio.* Exprimit autem proprium Christi officium, quod  
 est *pascere* Ioh. X, 10. n. c. III, 17. *alienum contra, conterere.* Et  
 dum Christus seuerius regimen in refractarios exercere cogi-  
 tur, finis nihilominus hic plerumque solet esse, ut vel ipsi, vel fal-  
 sum alii emendati ad *pascuum* Euangeli adducantur. Vnde In-  
 terpretem nonulli locum Apoc. II, 26. 27. de conuersione gen-  
 tium interpretantur. Vid. Vitrinæ Comment. ad h. l. (g) ἄνθε-  
 τος Matth. XII, 40. ex LXX. Ion. II, 1. pro Hebraico ἄνθετος  
 qui, si non *cerus* propriæ dictus f. *balena* fuit (quod multis ideo  
 non placet, quia hæc gulæ meatum habeat angustiorem, quam vt  
 solidum hominem possit deglutire) e genere saltim fuit cetace-  
 orum, quia expresse d.l. ἄνθετος γε f. *piscis magnus* dicitur. Nem-  
 pe vt Bochartus scribit Hieroz. I. lib. I. c. VII. f. 52. fuit verus pi-  
 scis, sed ita *ingens*, vt *ratione molis* sive *cetis* adscribi meru-  
 rit. Et part. II. f. 742. CETI nomine *piscem* aliquem e CE-  
 TACEIS intelligi satius est. Intelligi autem vult speciem  
 quandam *canis marini*, qui *carcharias* dicitur ab asperitate den-  
 tium & acumine. Al. *lamistas* & *lammas* ἀπὸ τῆς ἔχεν μέραν  
 λαιμόν, a gulæ vastitate. Sunt tamen, qui *balenam* f. *ipsum*  
*cetum* stricta significatione intelligunt, & Ionæ descensum in  
 ventrem *piscis* non minus, quam ipsius etiam commorationē in  
 eodem, ad miraculum referunt. Ita D. Pfeifferus in Dub. Vex,  
 ad d. l. &c. (h) Ανατολὴ Luc. I, 78. non tantum respicit ad ista  
 loca, in quibus Christus vocatur *Sol*, & *splendor iustitiae*, vt  
 Mal.

Mal. III, 20, Es. LX, 1. &c. sed ad illa etiam, in quibus ¶¶¶  
*Germen* appellatur, utpote Zach. III, 8. c. VI, 12, hisce enim in  
locis LXX. habent vocabulum ἀνατολὴ, sicuti & verbum ἀνατέλ-  
λειψιν usurpant de terrae nascentibus Gen. II, 5. c. XIX, 25. quod  
de Christo etiam legimus Hebr. VII, 14. Si itaque (scribit  
Chennitius in Harmonia) ad hec loca Scripture Zacharias  
respexit, palcherrima est descriptio incarnationis Christi, cum  
inquit: **O RIENS EX ALTO,** quod sc. **Filius Altissimi ex al-**  
**to descendit, & ex immensa misericordia visitans nos, factus**  
**est germen Davidis, quod germen non ex commixtione viri &**  
**mulieris, sed ex obumbratione Altissimi ortum est.** Et Light-  
footus Hor. Hebr. ac Talmud. ad h. l. **Bene potest Christus di-**  
**ci ἀνατολὴν ψευδῆ GER MEN AB AL TO , in antithesi ad**  
**GER MEN ILLUD AB INFRA , per quod periit humanum**  
**genus, arborem sc. prohibitam in paradiso.** (i) ἐπισκά-  
σει obumbrabit Luc. I, 35. Notant Interpretes, sicuti verbum  
præcedens ἐπελεύσεται generalius operationem Spiritus S. su-  
peruenientis denotet, ita hoc specialius operationis illiusmo-  
dum aliquatenus exprimere, qui consistat, tum *in diuina pro-*  
*tectione,* (Deus enim ignis consumens consumisset Mariam,  
peculiariter eam impleendo Maiestate sua, nisi singularis obte-  
ctio & obumbratio diuina interuenisset) tum *in arcana fru-*  
*ctus illius sanctissimi in virginali vtero Marie formatione, &*  
*ab omni peccati labe defensione, & cum Persona τῆς λόγου uni-*  
*zione mirandissima.* Manus Harm. p. 42. hic cum aliis confert  
LXX. Ex. XL, 34. 35. In V. T. inquiens, *vbi Dominus peculia-*  
*ri ratione presentiam suam, operationem & protectionem te-*  
*statam facere voluit, umbraculo nubis se circumvestiuit, ut fer-  
re mortales diuinam Maiestatem & gloriam possent* Ex. XL,  
34.35. (*vbi LXX. habent verbum idem, quod Euangeliſta b. l.*)  
*nunc vero Dominus & Rex glorie typum istum impleturus*  
*te umbrabit, præsentissimus erit vtero, ac diuina sua virtute*  
*efficiet, quod capere ratio non potest &c.* Addimus in gratiam  
Philologicæ Studiosorum sententiam Carpouii, qui in dissert.  
de Chuppa Hebreorum existimat, Euangelistam verbo hoc ad

ritum, qui apud Iudeos in copulationibus obseruabatur, respicere. Tegmen enim quoddam expandebatur, & quatuor perticis a totidem pueris eas tenentibus subleuabatur, sub quo sponsus & sponsa copulabatur. τὸ ἐπισπλάγχνη itaque hoc modo explicat: *Filius Dei tanquam sponsus a te in utero tuo tanquam sub Chuppa obumbrabitur, dum sibi caruem velutii sponsam indissolubili matrimonii nexu associat, unit, copulat.* (k) Cantico B. Virginis Mariæ non parum etiam lucis adferunt *oi* LXX. verba enim: μεγαλύνεις ή ψυχή με, respiciunt LXX. Ps. XXXIV, 3. ἡγαλλασθε LXX. Ps. XXXV, 9. ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν LXX. Ps. xxv, 13. & in primis 1 Sam. I, II. μαναιζεῖσθαι LXX. Gen. xxx, 13. ἀντελάβεσθαι LXX. 2 Sam. xxii, 3. Es. ix, 7. c. XLI, 9. c. XLII, 1. &c. Huc (l) referri potest locus Ioh. XII, 26. Τιμόστις ἀντὸν ὁ πατήρ. Hic enim desumus videtur Gerhardo in Harm. ex 1 Sam. II, 30. vbi Dominus dicit: honorantes me, honorabo, qui autem me contemnunt, vilipendentur. Ibi enim LXX. in priore membro habent verbum δοξάζειν, quod confer cum Ioh. XIII, 32. Sed in posteriore vtuntur verbo ἀτιμᾶν, quod est oppositum verbo τιμᾶν, quo Christus h. l. vtitur. (m) Hebr. X, 3. *Impossible est*, inquit Apostolus, *sanguinem taurorum & hircorum αἴφεσσεν peccata.* Quam veritatem Sancti Dei Viri in V. T. sepiissime populo inculcarunt. e. c. Ps. L, 8. seqq. Ps. LI, 18. &c. Quod si versionem τῶν LXX. inspicimus, Apostolus videtur nos remittere ad Ier. x, 1, 15. vbi sic versio Græca: μὴ ἐνχαίρῃ καί νεία ἄγια αἴφελεσσιν ἀπὸ σὸς τας παντας σας. (n) Εγώ εἰμι. Hæc verba sepius dese pronunciauit Seruator, v. c. Ioh. VIII, 12, 18. 24. c. XVIII, 5. Recte obseruat Chemnitius Harm. ad Matt. XIV, 27. respici hac formula loquendi in V. Testamentum, quod etiam fentit Gerhardus Harm. ad Ioh. XVIII, 5. Dicens enim, *Ego sum*, ostendit Seruator, quod sit verus ille Deus ac Dominus Zebaoth, qui Mosi dixit, *Ego sum, qui sum*, Ex. III, 14. qui Iacobo dixit, *Ego sum Deus fortissimus* Gen. XLVI, 3 qui in promulgatione legis dixit: *Ego sum Deus fortis Zelotes* Ex. XX, 5. Ita Gerhardus. Quam vero meditationem collata simul LXX.

LXX. Interpretum verlio egregie confirmabit. In primis, quando Seruator Ioh. viii, 24. Iudeos sic alloquitur: *Nisi credieritis, ὅτι ἐγώ εἰμι, moriemini in peccatis vestris, meditandum nobis exhibet locum Es. XLII, 25. ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι, οὐ ἔχαλεῖ φων ταῖς ἀνομίᾳς &c.* (o) *ἀπεδημητεν εἰς χώραν μακρὰν* Luc. xv, 13. Apte ad rem significatam, inquit Grotius, nam μακρύνειν ἀπὸ τῆς θεᾶς ἵστρης dicuntur, qui reuerentiam Dei exiunti. Pl. LXXXII, 27.

IX. Porro lectionis τῶν LXX. usus in eo consistit, quod voces in N. T. sēpius non illustrantur tantum, emphasesque earum clarius enucleantur, sed proprie etiam dubiarum significaciones demonstrantur. E.g. (a) Quid verbum αἴτιος Phil. IV, 18. denotet, Interpretes disquirunt. Nonnulli interpretantur: *accepi*, sc. quæ per Epaphroditum misisti; coll. Philem. v. 15. alii vero ut Schmidius: *Abscondeo autem ab omnibus & abundo &c.* de Apostoli αὐτοχθοί id intellectum volunt, qui licet nihil pro se accepisse, accepisse tamen se omnia diceret. Priori tamen sensu verbum occurrit apud LXX. Gen. XLIII, 23. (b) 2 Tim. I, 6. Apostolus Timotheum iubet αὐτοπυργεῖν τὸ χάρισμα. Haud parum hic iuuabit collatio τῶν LXX. Gen. XLV, 27. vbi spiritus Iacobi lato defiliū Iosephi felicitate nuncio accepto, *reuixisse* dicitur. LXX. αὐτοπυργοῦεν, q. d. ignem vite semiextinctum exsuscitauit. Ita Apostolus Timotheum donum Dei αὐτοπυργεῖν exsuscitare iubet, *ut ne sub cineribus tentationum, peccatorum & somnolentie extinguatur, sed precibus adsiduis, vigilantia, meditatione verbi diuinī alatur soueaturque, sicuti in templo ignis cælitus delapsus.* conf. etiam LXX. 2 Reg. VIII, 1. vbi item verbum de puero ab Eliseo ex morte resuscitato dicitur. Quidquid enim in homine bonum, celeriter peccatis extingui posse, pagani etiam agnouere. Cicero Tuscul. 3. *Natura, inquit, nobis dedit paruos igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque sic extinguimus, ut nusquam naturæ lumen adpareat.* (c) Emphasis vocabuli σενός Matt. VII, 13. optime perspicitur ex LXX. Num. XXI, 26. vbi de eius-

modi artigita via usurpatur, in qua neque ad dextram, neque ad sinistram deflectere licet. (d) Verba ἀνδρίσθε; ηγαταισθε 1 Cor. XVI, 13. in sua emphasi vid. apud LXX. Ios. I, 6.7. 2 Sam. X, 12. (e) Αὔγετο inter alia significare intelligere, confirmant ὅι LXX. 2 Reg. XVIII. 26. Hoc observato στρατιώθεσται Act. IX, 7. coll. c. XXII, 9. facile tollitur. Quando enim priori loco comites Pauli vocem audiuisse dicuntur, sensus est, ipsos sonum quendam auribus quidem percepisse, vel, ut alii volunt, tonitruum, cum hac visione coniunctum, quod ἡρ ο. Φων interdum denotat; ast ipsam vocem distincte hanc intellexisse. Hoc sensu etiam oculenrit 1 Cor. XIV, 2. & apud LXX. Gen. XI, 7. c. XLII, 23. &c. (f) Εξέστη Marc. III, 21. quid significet, sedulo inquiritur. Simplicissimus sensus hic esse videtur: quoniam audiissent ὅι των ἀντι, qui ab ipso erant, s. pendebant, vel cum ipso faciebant (conf. Marc. IV, 10. c. V, 26. Ioh. VI, 46. Rom. XI, 27. & 1 Macc. XIII, 52. c. XVI, 16.) quod populus tumultuose concurreret, v. 20. exierunt ad tenendum ἀντόνυ eum, non Christum, nam ipse intra aedes erat v. 20. sed ὥχλοι ibid, vt sc. turbam furentem compescerent, ne in aedes irrumperent: dicebant enim, insanit, vel mente motus est populus, das Volk stelle sich nicht anders/ als wäre es toll und rasend. Qui vero cum Luther de Christo intelligere malunt, interpretantur hoc modo: eos, qui apud Christum, veritos fuisse, ne Seruator in deliquium animi e pressuræ vexatione atque inedia incideret. Ligustotus inter alios sic explicans, Vox Εξέστη, scribit Hor. Hebr. ac Talm. ad h. l. non semper insaniam aut alienationem a seipso proprio sensu significat, sed aliquando frequenterneque turbationem aliquam intellectus, pro presenti, ex vehementi nimium aliqua passione. Sic dicunt amici Christi, נטרפה דעתו sui est oblitus & salutis sue; adeo vehemens ille & feruidus in manere suo fungendo & concionando, vt ultra se transportetur, & turbetur intellectus eius, vt nec de necessario cibo curet nec de somno. Huic interpretationi lucem adsundunt ὅι LXX. quando verbum hoc de operoso officio usurpat 2 Reg. IV, 13. Ιδίς έξέστησας ήμων πάσσων την έκπασσιον τάου.

(21)

*ταῦτην.* Qui vero *insaniendi* notionem fertant, vel excusandi gratia discipulos ad turbam dixisse putant, vel serio, inde colligunt, ita semper mundo videri *insanire*, qui magno Zelo Deo fertiunt, vid. Maii Harm. p. 492. & conf. ii Cor. V, 13. ii Reg. ix, ii. (g) πειράσεων, quando de Pharisæis & Scribis dicitur, pene est malitiosa & subdole, non explorandi aut probandi animo, sed in damnum aliquod præcipitandi studio ac fine, captiosis verbis, aut inquis postulatis aut blasphemis suggestionibus aliquem adgredi, verba sunt Er. Schmidii in not. ad Matth. IV. At Matt. xxii, 35, benignius verbū hoc interpretandum videtur coll. Marc. xii, 28. Audierat quippe iste Νομινὸς Christum respondisse optime Pharisæis ac Sadducæis; hinc haud maleuolo ex animo sapientiam Christi, proposita noua quæstione, indagare amplius voltuit. Vnde Grotius: Non est hic, inquit, sumendum verbum in calumnia significacionem, sed quomodo Regina Saba dicitur venisse ωραῖον Salomonem i Reg. X, i. conf. etiam LXX. Gen. xxii, I. (h) Msθυδῶσιν Ioh. II, 10. haud quam patrocinatur iis, qui ebrietatem excusaturi hunc locum obiiciunt. Non enim semper ebrietatem significare, sed potum tantum liberalēm, s. sufficientem, docent LXX, Cant. V, i. Hagg. I, 6. Similem in modum εὐπλήσθησαν Ioh. VI, 12, nihil aliud vult, quam homines saturatos esse, ceu in reliquis Euangelistis per verbum χρηταθῆναι explicatur. Quo sensu vid. apud LXX. Ruth. II, 14. ad quem locum ita Seb. Schmidius: Satiari in Scriptura alibi idem est ac tantum edere, quantum nature satis est, non autem ventrem distendere. Sic ineberiari est tantum bibere, quantum naturæ ad recreationem sobriam sufficit. conf. Col. II, 23. (i) Νεανίσκοι Marc. xiv, 51. sunt milites Romani. Die junge Mannschaft. Ita LXX. Ios. II, I. Es. XIII, 18. &c. (k) ἡγάπης emauit, s. blandis verbis adlocutus est Marc. X, 21. Sic enim LXX. 2 Par. xviii, 2. Ps. LXXXVIII, 36. (l) λυπήσεως Marc. IX, 22. tristitia adfeditus, idque cum indignatione quadam ac disloquentia coll. LXX. Gen. IV, 6. Ion. IV, 1. (m) Δεινώσιν Mat. XVI, 21. est ita diserte, clare & aperte demonstrare, ut quasi singula oculis sint obiecta. Sic LXX. Genes. XI, 1, 25. 2 Sam. x. 25. 2 Reg. VIII, 13.

C 3

(n)

(n) ἐνλογημένη LUC. I, 28. Obseruetur, inquit Chemnitius Harm. Grammatica differentia. Quando enim significatur LAUDATIVS, LAUDABILIS, plerumque usurpatur ἐνλογητὸς. Aliud vero est. PS. CXV, 15. ES. LXV, 23. Et quod proprie buc conuenit Ruth III, 10. In illis locis Greci reddiderunt per participium ἐνλογημένῳ. Et Gen. XIV, 19. 20 in eadem periodo differentia ostenditur: ἐνλογημένῳ Abraham Deo, & ἐνλογητὸς Deus Altissimus. Sensus igitur est: vel quod Maria præ omnibus mulieribus sit laudata vel laudabilis, vel quod præ omnibus mulieribus illustri benedictione a Deo sit ornata, ut scil. fieret mater filii Dei Messiae. (o) Verbum ταράσσεθαι apud LXX, usurpatur pro כְּהֵר subito terrore percusus fuit. PS. VI, 3. pro עַז concussus, collitus fuit, sicut terra tremore solet concuti 2 Sam. XXII, 8. pro צָעִק turbatus fuit tristitia Gen. XL, 6. pro בְּנֵי חַדְרָה parturientis instar contremuit ac doluit Esth. IV, 4. pro חַרְר ita commotus fuit terrore & metu, ut ex signis exterioribus illud colligi posset Gen. XLII, 28. pro צָרָעָת consternatus ac animo fractus fuit ES. VIII, 12. pro נִפְנָע timore percusus stupuit Gen. XLI, 8. PS. LXXXVI, 5. &c. Haec significations omnes, ut recte iudicat Gerhardus Harm. accommodari non tantum possunt, sed lucem etiam præbent loco Ioh. XI, 27. quando Christus dicit: οὐχὶ μόνοις τετάραγαται. Sensus enim est, quod Christus subito timore, angore & tristitia percusus, atque animo ita fuerit consternatus ac perturbatus, ut verbis & signis etiam externis illud ostenderet. (p) Verbum ἀθετῶν apud LXX. saepius occurrit: Ex. XXI, 8. Iud. IX, 23. usurpatur pro בְּנֵי, quod significat prævaricationem cum iniuria & contumelia alicuius coniunctam, pro עֲנָז 1 Sam. II, 17. quod talem contemptum designat, qui irritat & provocat indignationem, pro עַזְבָּה 1 Reg. VIII, 50. 2 Reg. I, 1. quod notat defectionem seu rebellionem, qualis seditionis tribuitur. Hinc in N. T. huic verbo lucis aliquid accedit. e. g. Luc. VII, 30. τὴν βέλην τῆς θεᾶς ἡθέτησαν, ubi non simplicem contemptum & refectionem significat, sed talem, quæ ad iniuriam

riam & contumeliam Dei pertinet, ita ut iustam indignationem prouocet. (q) Συντελεῖν Marc. xiv, 3. non significat comminuere in minutis partibus, sed frāctō foramine aperire, s. vt Grotii verbis loquar, efficere, ut late biaret, quomodo συντελεῖν λάθη LXX. Heb. בָּאֵר נְשֶׁבֶר Ier, II, 13. (r) Verbum ἐξωταῦ Ioh. xvi, 5. non de simplici interrogatio[n]e intelligendum esse, inde patet, quod Petrus c. xiiii, 36, disertis verbis quæsuerat, πῶς ὑπάγεις; Idem igitur h. l. est, quod penitus & intimius, secundum omnes circumstantias scrūtari, percontari, expendere, quo consilio & cauſa, quo fine, quo fructu, qua vtilitate, abeat. Ita LXX. hoc verbo, pro קַרְבָּה votuntur Deut. xiiii, 14. (s) Vociς κύριος quæ eminentissima significatio sit, optime nos edocent oī LXX. sumnum ac esse[n]tiale Dei Nomen s. יְהוָה per hoc vocabulum conuertentes. Hinc discas, quid sibi velit, quando in N. T. Christus frequentissime κύριος vocatur. Namnrum diuinam eius designari naturam, non finit nos hoc dubitare. Quodsi enim propriam huius vocis significationem attendimus, denotat absolutam illam potestatem, & dominium diuinum in omnes creaturas, vt proprie sit εἰς κύριος I Cor. viii, 6. Eph. iv, 5. Vid. Leigh, Crit. S. N. T. p. 363. Hinc etiam inter homines summis tantum imperantibus olim titulum hunc datum fuisse legimus. Vid. Acl. xxv, 26. (t) Αὐτί. Beza in Ioh. I, 16. scribit, se tantum duplēcēm inuenire huius particulae significationem apud idoneos Graecæ linguae scriptores, quarum prima propria est, quum ponitur pro vice, seu loco, vt Heb. xii, 16. αὐτὶ βέστεως, i.e. ad verbum pro edulio: agitur enim de permutatione; altera vero impropria est, cum sumitur pro dia propter, ita tamen, vt non significet cauſam finalem, sed quasi originalem, vt Luc. xix, 44. &c. Grotius vero de satisfactione Christi, quoties personis, inquit, applicatur ea particula, significat alterum successisse in alterius locum. Hunc proprium significatum stabiliunt oī LXX. qui vel sexcenties hac præpositione ita vtuntur, vt exempla citare haud

haud opus esse existimemus. Quæ obseruatio adsertionem  
 Nostrarium pulchre corroborat, quando dicunt perticulam ἀντὶ<sup>2</sup> in locis, vbi de Redemtione Christi agitur, denotare non  
 tantum *commodum*, vt quidam volunt, sed *vice*, *loco alterius*,  
 & habere sensum *permutatiuum*. Addit quidem Beza l. c,  
 duabus supra ex ipso memoratis significationibus duas alias,  
 quas sacris Scriptoribus putat esse peculiares; alteram scil.  
 quum accipiatur pro ὑπὲξ, & declarare *commodum*, & sic ter  
 reperiri Matth. XVII, 27. c. XX, 28. Marc. X, 45. alteram vero,  
 cum designet *finem*, atque bis sic inueniri 1 Cor. XI, 15. Hebr. XII,  
 2. Enimvero licet posteriorem significationem forte largiri ipsi  
 possimus (necessitatem quidem recedendi in locis istis duobus  
 a propria significatione τὸ ἀντὶ haud perspicentes) priorem  
 tamen eadem, immo maiori facilitate reiiciimus, quam qua ad-  
 seritur; rationes yidesis supra allegatas. At inquires, locus  
 Matth. XVII, 27. videtur haud commode admittere sensum per-  
 mutatiuum. Respond. Nil obstat, quo minus & h. l. proprius τὸ  
 ἀντὶ significatus obtineat. Nam *didrachma*, a Christo ex-  
 acta, siue fuerint Siclus sacer, qui solvendus erat omni masculo,  
 data sunt *in redemtionem vitæ*; LXX. λύτρα τῆς ψυχῆς Ex.  
 XXX, 12. 13. siue fuerint *vectigal illud*, quod Cæsari solven-  
 dum erat, optime hic quadrabit sensus *permutatiuum*, idem  
 enim est, quod nos hodie dicimus *Kopff-Geld* / quo homines  
 se quasi redimere debent. Vnde Grotius h. l. ita vertit: i.e.  
 meam tuamque vicem; subiiciens: *hoc enim Græcis est ἀντὶ*  
 & Syris ﴿חֲרֵב﴾. Optime etiam sic vertemus ἀντὶ Ioh. I, 16. χά-  
 γει ἀντὶ χάριτος *gratiam pro gratia*, vt sensus sit *ex plenitu-*  
*dine Christi nos omnes omnia accepimus dona spiritualia ad no-*  
*stram salutem, etiam gratiam Dei justificam & saluificam pro*  
*gratia meriti eius*, qua se dedit pro nobis *in redemtionem*  
 Matth. XX, 28. Rom. III, 24. Gal. III, 13. vel *pro gratia pri-*  
*mænie creationis seu primigenia iustitia*, quæ per lapsum deper-  
 dita est, accepimus *gratiam Euangelicam*, qua gratis iustificamur  
 & saluamur, quod vult D. Majus Harm. h. l. vel: *pro gratia V. T.*  
 de

( 25 )

de qua David tantopere gloriabatur Ps. cxlvii, 19. 20. *gratiam N. T.* quæ omni nationi & populo oblata est, *pro gratia legis, quæ præteriit, gratiam Euangelii permanentem*, quæ sententia nonnullorum Patrum est. Vel denique: *gratiam loco gratiæ, ut gratia gratiæ quasi succenturietur, & iugiter succedat, subinde noua; quod opinatur Gatakerus aduers. miscell. c. 27. f. 292. seq.*

X. Præterea lectio τῶν LXX. ac eorundem cum N. T. collatio, typum sèpius, antitypumque exhibet clariorem. Ita v. c. vocabulum ἀνάπτυσις pro Heb. מִנְחָה Gen. viii, 9. lectorem statim remittit ad Matt. xi, 29. ὁ σμήν οὐωδίας Heb. רִיחַת הַנְּחָרֶב Gen. viii, 21. ad Eph. V, 2. ἔξελθε Gen. xxi, 1. ad 2 Cor. vi, 17. ὁ ἀγαπητὸς Gen. xxii, 2. ad Matth. III, 17. Ἐφεσώ Gen. xxii, 12. ad Rom. viii, 32. καθίσταται αὐτῷ Gen. xxii, 5. ad Matth. xxvi, 36. απέδοντο Gen. xxxvii, 28. ad Act. II, 23. μανάγειοι Reg. X, 8. ad Luc. X, 23. διατέσφαντ Reg. xxii, 10. ad Matth. xxvi, 62. ζώνην δεξιατίνην πεζεῖσθωμένος 2 Reg. I, 2. ad Matth. III, 4. ανελήφθη 2 Reg. II, II. ad Luc. xxiv, 51. Act. I, II. Φωτῆρες Gen. I, 14. ad Phil. II, 15. ἐνέφυσην Gen. II, 7. ad Ioh. xx, 22. &c.

XI. Quum insuper in N. T. peculiares loquendi formulæ occurrant, quarū sensus non semper tam comode ex indole Græcæ, quam Hebraicæ linguae peti potest, hic quoque iuabit conferre LXX. Interpretum versionē, e. c. (a) Βίβλος γενεσεως Matt. I, 1. pro breui scripto, s. catalogo Genealogie. Ita enim LXX. Gen. V, 1. Alii quidem in latiori significatu illud accipiunt, ut vox γενεσεως non tantum significet natuitatem, sed etiam omnia conexa, actiones ac euentus, hoc sensu: *Liber non tantum natuitatis aut Genealogiae Christi, sed historie quoque de eius natuitate, morte omnibusque euentibus: etiisque significatum æque probari posse putant ex Græca versione Gen. II, 4. quod nos tamen in medio relinquimus.* (b) τὴν αἰγαλὴν Ioh. VIII, 25. quid propriæ significet, quæstio est. *Ligbiſſotus Hor. Hebr. ac Talmud.*

D

mud.

Se Hall: Ms. propterea ista figura  
AE. Nam dicitur Xaverius de ratione  
Evangelia apocrypha et de falso profeti  
magis et prophetis. Codex. ap. 1.

mud.h.l. formulas in scholis Iudeorum tritissimas, שִׁיר & סִפְאָר, Principium & Finem, hic confert. Illam, quando rem primo ac praeципue aduertendam indicabant; hanc vero in re secundaria, ac minus principali usurpabant. Sensus igitur secundum Lightfootum hic est: Quæratis, quis ego sim? respondeo, יְהִישָׁנָה seu principium illud est ac praeципue inquirendum, quod ego & loquor vobis, nempe quod Lux sum mundi, Filius Dei, Messias &c. Verum quid operer, quid doceam, & qua auctoritate, secundarie ista sunt inquisitionis; primarie est illud: Quis siem. Quæ cum sensu verborum quidem non pugnant, tamen simplicissime & rectissime phrasis adverbialiter accipitur, quod nec ipse Lightfootus l. c. reiicit; & hoc quidem sensu: Vos me interrogatis, quis sim, quasi nusquam ante hac a me edocti essetis; id omnino sum, quod initio etiam dixi me esse, idadhuc dico, inque hac affirmatione persisto; me sc. esse Lucem mundi, v. 12. Messiam &c. vid. c. VII, 16. seqq. Hunc phraseos sensum corroborant &c. LXX. Gen. XIII, 4. pro Heb. בַּרְאָשָׁנָה c. XLI, 21. c. XLIII, 18. 20. Heb. בְּתַחֲלָת etiam, quod obiter notamus, profani Scriptores. Vid. Stolbergii Exercit. Gr. Ling. p. 259. Articulus enim ex nomine aliquando facit aduerbiū; sic τὸν ταχίστην celerrimè i Macc. XI, 22. Nec minus nobiscum sentit Versio Neo-Graeca: ἐνένος ἀμαρτιῶν στᾶς λαλῶ ἀπὸ τὴν αἰχήν. Vide etiam omnino Glasfii Phil. S. libr. III. Tr. V. can. XVII. p. m. 980. seq. (c) υπάγειν, vel πορεύεσθαι pro mori Matth. XXVI, 24. Luc. XXII, 22. coll. LXX. Gen. XV, 15. c. XXV, 32. 1 Reg. II, 2. Eccles. XII, 5. (d) θαυμάζειν πρόσωπον personam accipiare Iude. V. 16. Sic LXX. Gen. IX, 21. 2 Reg. V, 1 2 Par. XIX, 7. (e) δεδικασμένος ή ἐνεψυχός Luc. XVIII, 14. i.e. publicanus iustificatus, non vero ille Phariseus, licet sibi imaginaretur, se multo publicano iustiorem. Vid. LXX. Gen. XXXVIII, 26. (f) υπερεῖν deficere, seu tardius venire, deesse Hebr. IV, 1. coll. LXX. Num. IX, 7. 13. ubi in textu est חֹרֶב & נֶגֶע (g) ἄψασι pro ledere i Ioh. V, 18. coll.

¶ ( 27 ) ¶

coll. LXX. 2 Sam. xiv, 10. (b) ἐσησαν appendebant. Matth. xxvi, 15. vid. LXX. 2 Sam. xiv, 26. 1 Reg. xx, 39. Veteres enim non numerabant æs, sed pendebant. (i) εἰ λόγω πολεμίου Thess. iv, 15. h. e. non ut verbum humanum, sed ut verbum Domini. Sic LXX. 1 Reg. xiii, 2. 18. 32. (k) εἰτι pro diōti interrog. Marc. ix, 11. 28. coll. LXX. 1. Par. xvii, 6. (l) εἰτεν pro loquī sermonem habere Ioh. xviii, 16. coll. LXX. 2. Par. 1, 2. (m) εἰς τὰ ιδία pro domo Ioh. XIX, 27. coll. LXX. Esth. V, 10. (n) τοῖς εἰς μαρτυρῶν Act. II, 39. per quos nonnulli Iudeos, dispersos inter gentes, vel longe post futuros & in multas generationes conuertendos; alii vero gentiles, a politia & fœdere Israelis tunc remotissimos, coll. Eph. II, 17. intelligunt vid. LXX. 2 Sam. VII, 19. & Es. lvii, 19. (o) εὐτέλη p̄nneri interdum idem est, quod nunquam, s. interdum tantum futurum respicit, non præteritum e. g. Act. XIII, 34. Christus dicitur p̄nneri h. e. nunquam reuersurus in corruptionem, nunquam enim vedit corruptionem. Ita oī LXX. Ier. XXII, 11. (p) ἵλεως τοι κύριε propitius tibi Deus esto Domine! Mat. XVI, 22. Locutio τοῖς LXX. vſitata. Sic לְכַדְתִּי Ger. XLIII, 23. יְהִי רָקִיעַ abſit 2. Sam. XX, 20. 1. Par. XI, 19. (q) μετὰ τρέχεις ἡμέρας Marc. viii, 31. vbi μετὰ idem ac intra, nec conseqens, sed interiectum & adhuc vigens tempus denotat: quod non tantum docent locutiones, quæ in hac materia ceu synonymous adhibentur e. g. εἰ τεισὸν ἡμέρας Ioh. II, 19. δια τεισὸν ἡμέραν Matth. XXVI, 61. τὴν τείτην ἡμέραν Luc. xxiv, 7. εώς τῆς τείτης ἡμέρας Matth. xxvii, 64. sed etiam confirmant LXX. Interpretes, qui præpositione μετὰ ita vtuntur Deut. XIV, 28. coll. c. xxxvi, 12. (r) ἐποίησαν operati sunt Matth. xx, 12. coll. LXX. Ruth. II, 19. Pro eligere, constituerē, Marc. III, 14. coll. LXX. 1 Sam. xii, 6. 1 Reg. xii, 31. (s) Particula ὡς interdum veritatem & certitudinem denotat; sic enim oī LXX. ea vtuntur. e. g. Neh. VII, 2. בְּאִישׁ אֲמָנָה ὡς ἀνὴρ ἀληθής, i. e. vere talis, prout etiam δ apud D 2 He.

כְּמַתְאֲנָנוּ בָּהּ  
 Hebræos ita accipitur , v. c. Num. xi, i. כְּמַתְאֲנָנוּ בָּהּ  
 h. e. plane quiritantes . Quæ illustrant verba Ioh. I, 14. ὡς  
 μονογενὲς , h. e. vere talis . Quod etiam Theophylactus & Chry-  
 stostomus ad h. l. adnotarunt , particula ὡς , sribentes , est βε-  
 βαίωσεως καὶ ἀναμφισβήτης διορισμός , confirmationis & indubita-  
 tæ definitonis . Et Er. Schmidius in not. ad h. l. Particula  
 ὡς hic non est similitudinis , sed indubitatem certitudinis , idem  
 quod ἄτε , vel utrōque notans : Ut sit sensus : Vidimus e-  
 ius gloriam summam , ut pote quam par est habere unigenitum  
 a Patre . (t) αἴπ' ἐμαυτῷ i. e. priuato arbitrio ac ausū Ioh.  
 V, 30. c. VII, 28. c. VIII, 28. sic LXX. Num. XVI, 28. (u)  
 πέρι ἑξῆμερῶν τῇ πάσχᾳ Ioh XII, 1. i. e. sex dies ante Pascha.  
 Sic LXX. Am. I, 1. πέρι δύο ἑταῖρων τῇ σεισμῷ , h. e. duos annos ante  
 terræ motum , לִפְנֵי הַרְאֻשׁ שְׁנָתִים (x) εἰς τέλος . Luc.  
 XVIII, 5. Nolui accedere , scribit Grotius , vertentibus , tan-  
 dem . Est enim Hellenistica locutio ex Hebræo לִבְנָצָר , quod  
 significat perpetuo , ut Ps. IX, 18. XIII, 1. LXXIX, 5. CIII, 9.  
 in quibus locis etiam LXX. habent εἰς τέλος .

XII. Collatio denique τῶν LXX. cum N. T. vocum ra-  
 riorum dubiarumque significatiū non parum saepe lucis adfun-  
 dit . (a) Εὐλογία pro beneficentia 2. Cor. ix, 5. Ita LXX.  
 Gen. XXXIII, II. Dicitur autem Hebræis beneficentia בְּרִכָּה  
 benedictio , vt indicetur , munus , quod alteri datur , non debere  
 esse coactum aut iniustum , sed testimonium potius animi erga  
 Deum grati , quod particeps factus fit benedictionis . (b)  
 Σώματα pro seruis ac mancipiis Apoc. XVIII, 13. Ita LXX.  
 Gen. XXXIV, 29. c. XXXVI, 6. cuius denominationis rationem  
 hanc esse putat Epiphanius in Ancorato p. m. 493. quod do-  
 minium in corpora , non in animas habeatur . Quia tamen et-  
 iam ipse ibidem præmittit , hominem , duabus constantem par-  
 tibus , animo & corpore , ab harum altera nuncupari solere ,  
 Suicero in Thes. Eccl. part. II. f. 1214. probabilius est , seruos  
 ita vocatos a parte sequiori , quod deterioris illi conditionis  
 sensantur ; sicuti Hebræis familiare magis a parte altera , ani-  
 me

(29)

ma nimirum, adpellare hominem. (c) πλησμονή Coll. II.  
 23. non est *immodica satietas*, qua corpus cibo ac potu one-  
 ratur, quæ omnino in Scriptura prohibetur; sed *sufficientia*,  
 quantum satis est corpori, ne vires & valetudo ad præstanta  
 sua officia ipsi desint. Sic LXX. Hagg. I, 6. Ier. xiv, 22.  
 (d) ἀνέπτυξε euoluit, explicuit Luc. iv, 17. 20. Alludit e-  
 nem ad formam librorum, quæ Iudeis visitata erat, cuius ve-  
 stigia etiam adhuc in Synagogis ipsorum videntur, vbi liber  
 legis duabus rotulis utriusque extremitati annexis ita circum-  
 voluitur, vt lecturis euoluendus & explicandus sit. Conf.  
 LXX. 2 Reg. xix, 14. (e) ἀνθωμολογεῖτο Luc. II, 38. Er.  
 Schmidius in not. ad h. l. ita παραφεδζει: Voce consentiente,  
 cum iis sc. que a Simone dicta fuerant, celebrabat Dominum.  
*Vetus*, pergit, simpliciter: confitebatur Domino. Verum,  
 quod & ERASMUS notat, non est negligenda vis præpositio-  
 nis αὐτῆς. Et Maius Harm. p. 146. succinebat, & succinen-  
 do seni anus quasi distributis ac alternis choris respondebat.  
 vid. LXX. Esdr. III, II. coll. v. 10. Ps. LXXIX, 13. (f) πά-  
 λη Eph. vi, 12. haud leue certamen indicare, non ipse tan-  
 tum contextus docet, sed confirmat etiam collatio τῶν  
 LXX. qui verbum de maximo certamine Iacobæo usur-  
 parunt Gen. XXXII, 24. 25. (g) λιμηνίσαι Matth.  
 XXI, 44. *disipabit*, seu *ventilabit* vt minutæ partes,  
 quæ in auras disperguntur, sive vt palea a frumento separa-  
 ta vento dissipatur. Ita LXX. Es. XLI, 16. coll. v. 15. & Ruth.  
 III, 2. (h) μογιλάλ@ Marc. VII, 32. plerique *balbutien-*  
*rem*, seu *difficulter loquentem* conuertunt, atque inde pro-  
 bant, quod restitutus dicatur locutus ὡς Θῶς. At reëlius, in-  
 quid Maius Harm. p. 901. cum *Vulgato* & *Arabe* vertitur  
 ΜΥΤΥΣ, quia hic quoque explicatur per ἀλαλον v. 37. fa-  
 returque GROTIUS LXX. Hebreum ΛΗΝ modo reddidisse  
 μογιλάλον, modo ἀλαλον, unde sane colligi potest, eandem vo-  
 cem idem declarare. Vid. LXX. Es. XXXV, 6. Ps. XXXVIII,  
 13. (i) βιάζεται Matth. XI, 12. a plerisque *passive accipi-*

D 3

tur,

tur, ut sensus sit: regnum celorum vim patitur, impetu qua-  
si perrumpitur. Enim uero rectius ab aliis actiue explicatur  
hoc modo: regnum celorum tota vi sua aduenit, &, licet Iu-  
dei omnibus viribus id prohibere conentur, potenter tamen  
se insinuat & in corda irrumpere cupit. Ita actiue occur-  
rit adhuc semel Luc. XVI, 16. frequentius vero apud LXX.  
e.g. Ex. XIX, 24. quem locum respici, haud obscure innuit  
Grotius, quando sic scribit: *Olim populus vetitus βιά-  
ζεσθαι ad montem Sinae scandendum: est enim ea vox in ver-  
sione Graeca.* Nunc id licet in montem illum mox innotescat.  
Vid. etiam LXX. Gen. XXXIII, 11. Iud. XIX, 7. (k) Κατα-  
κριτός Matth. XX, 25. Pontificii, ut dominatum suum sta-  
biliant, non simplicem, sed violentum dominatum, nulla iuri-  
s ac aequitatis habita ratione, qualis tyrannorum est, hoc  
verbo prohiberi contendunt, atque hunc sensum e preposi-  
tione κατά, cum qua verbum compositum est, elicunt. E-  
nim uero adicto a Pontificiis h.l. sensui verbi non tantum  
totus contextus aperte reclamat, sed ipsum quoque voca-  
bulum. Quodsi Seruator tyrannicam tantum dominationem  
remouere voluisset, quomodo quæso petitioni matris filio-  
rum Zebedæi conuenisset hæc admonitio? Non enim tyran-  
nicum dominatum efflagitabant, sed τὸ καθίσμα v. 21. Nec est,  
quod prepositionem κατά vrgeant, quum verbum καταν-  
εῖν sc̄pissime idem denotet, ac τὸ κυριεῖν. Sufficeret qui-  
dem vincum locum Luc. XXII, 25. conferre, vbi Spiritus S.  
optimus verborum suorum Interpres, simplici verbo κατ-  
εῖν, vtitur. At pro scopo dissertationis nostræ addimus lo-  
ca ex Graeca versione, in quibus τὸ κατανεῖν idem quod  
κατεῖν. e.g. Gen I, 28. Ps. LXXII, 8. &c. Igitur omnem do-  
minatus affectionem h.l. interdici, est manetq; inconcussum  
coll. i. Petr. V, 3, licet ordo inter Ecclesiæ ministros non tolla-  
tur. Vnde nonnulli optime ad h.l. obseruant, Christum non  
prohibuisse maiorem esse, sed magnum fieri velle. Interdi-  
citur dominatio, indicitur administratio, Bernhard, Vid.  
Maii

(31)

Maii Harm. p. 1434. (1) *πυγμὴ* Marc. VII, 3. Nonnulli vertunt, *affidue*, al. *ad cubitum usque*, ita ut manus lauerint, & post manuum lotionē eas sursum eleuauerint, quo aqua manibus adhærens deflueret ad cubitum usque, putantes hoc sufficere ad tollendam immundiciem, si quæ forte adhæsisset. At Grotius in h.l. *Fædo pugno, nam manum in pugnum compositam manu altera lauabant.* Ita vertunt LXX. Ex. XXI, 18.

XIII. Ceterum hæc pauca sufficient, ex quibus vñus LXX. Interpretum in N. T. satis, arbitror, constabit. Plura dabunt adnotata ad Biblia nostra Hebræa, quæ sub prelo sunt. Amplissimum vero vñsum is demum persentiscet, qui post lectos & probe gustatos Fontes tum Veteris tum Novi Testamenti, ipsos etiam LXX. Interpretes adibit, sedulo leget & re-leget. Debemus autem D. O. M. pro hoc etiam verbi ipsius thesauro, & intelligendi adminiculo, humillimas agere gratias, nec minus curam adhibere, vt diuino hoc dono recte vtamur, & ad verum finem atque vñsum omnia dirigamus.






01 A 6756



Rechts







*Q. D. B. V.*  
 DISSERTATIO PHILOLOGICA  
 DE  
**VSV**  
**LXX. INTERPRETVM**  
 IN  
**N. TESTAMENTO,**  
*Quam*  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
 PRINCIPE PORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
 DENBURGICO, AC DUCATVS MAGDEBURGICI  
 GVBERNATORE, Cetera,  
 PRAESIDE  
**IO. HENRICO MICHAELIS,**  
 TH. ET SS. LL. P. P. ORD.  
 PATRONO SVO, PRAECEPTORE AC HOSPITE  
 VENERANDO,  
 Pro Priuilegiis Philosophiae & Artium MAGISTRI  
 impetrandis  
 placido eruditorum examini submitter  
 AVCTOR  
**GEORG. Io. HENCKE,**  
 Vlza Luneburgicus  
 A. D. III. AVGUST. c̄cc̄ Icccix.  


---

 HALAE MAGDEBURGICAE,  
 LIT T. CHR. HENCKELII ACAD. TYP.